



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Herbipolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ... Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia**

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem  
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;  
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd  
Herbipolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica  
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius  
foundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum  
MCCCLXX. II. Coenobii ...

**Trithemius, Johannes**

**Francofvrti, 1601**

Clarissimo Viro Domino Mathiae Held Cæsareo Consiliario Et  
Procancellario Germaniæ, Iacobus Spiegel Selestadiensis S. D.

**urn:nbn:de:0128-1-17336**



IOHANNIS TRITHEMII<sup>10</sup>  
 ABBATIS SPANHEMENSIS EPISTO-  
 LARVM FAMILIARIVM LIBRI DVO AD DIVERSOS GERMA-  
 NIÆ PRINCIPES, EPISCOPOS, AC ERVDITIONE PRÆSTAN-  
 tes viros.

CLARISSIMO VIRO DOMINO MATHIÆ  
 HELD CÆSAREO CONSILIARIO ET PROCAN-  
 cellario Germaniæ, Iacobus Spiegel Se-  
 lectadiensis S. D.

**C**VM pro tua prudentia non vulgari, minime ignores, vir clarissime, quod summis semper viris doctissimorum hominum scripta sint dedicata, minus importunum aut etiam ineptum a me fieri statues, quod sub tui nominis auspicio hos Epistolarum familiarium libros Iohannis Tritheimii Abbatis Spanhemensis in publicum emittam. Nam cum in animo mecum reputo, quam preclare de bonis literis ac studiosis omnibus sis meritis (ut qua priuatim tu me contuleris beneficia iam non attingam) non satis candide facturum me arbitrabar, si hos alteri potius quàm tibi offerrem. Et cum apud Cæsaream Maiestatem in hoc sacrorum scriniorum genere verseris, ut in scribendis epistolis ad summos excellentissimosque tum principes tum viros semper sis occupatissimus, non dedignaberis, opinor, & has per otium legere, quas Tritheimius ad præstantissimos Germaniæ principes, tum etiam doctissimos quosque suæ ætatis scripsit, & quas ipsi vicissim ad illum. Neque iniucundum tibi fore existimo, si harum lectioni paululum temporis concedas, ut superioris ætatis veluti imaginem quandam in animo cocipias, qua me sub incomparabili heroe ac laudatissimo Cæsare Maximiliano primum in aulam contigi recipi. Ego sane fator, me non mediocri affici voluptate, quoties in his epistolis optimorum virorum recordatione fruor, quos iam partim vita defunctos, partim adhuc superesse non ignoramus. Et quamquam temporis longinquitas plurimum possit in rebus humanis, ut multa per illam obliuerentur, aut etiam immutetur, cuius tamen lectionis beneficio, non iam defunctos, si quis ex his obdormierunt, nec qui supersunt absentes amplius existimo. Neg. te latere potest in quanta existimatione ubiq; habitus sit Tritheimius, ob incredibile ingenii acrimonia, & accriminam in omni genere literarum studium prudentiam vero tantam, ut à regibus & principibus, & ab ipso Maximiliano omnifariam sua ætate maximo imp. in summo honore habitus sit, ac sapienter ut se in ordinem consiliarium adscriberet, rogatus. Atq; hanc singularem humanitatem ac benevolentiam illustriissimorum principum superioris seculi erga præstantes eruditione viros, nostra ætatis principes conuenit imitari, & summo studio fouere eos, quorum beneficio tantum ad immortalitatem perueniunt. Quod si Philippus Palatinus Rhem, Bauariæ dux, Fridericus Saxoniæ dux, Ioachim Marchio Brandenburgensis, Hermannus archiepiscopus Colonienfis, principes Electores, tanto favore doctos suæ ætatis profecuti sunt, æquum est ut nostro etiam tempore doctissimi quique liberaliter foueantur. Ceterum in his epistolis videre licet quam religiose de Christiana religione senserit Tritheimius, & quanto studio propugnauerit eandem contra id ætatis concionatores, qui crebrius Aristotelis aut Porphyrii, quàm Christi, aut apostolorum suggestu allegabant, indignissimum esse existimans, non sufficere dogmata Christianæ fidei ad instituendam ecclesiam Dei, imo etiam præferri his vanissima Aristotelicorum fragmenta, lacundam admodum est ac consolatione plenam, quod præter Christi & apostolorum, adeoq; omnium sanctorum, etiam suo exemplo toties ad patientiam hortatur, ac retrahendum esse animum vindicte cupidum, quod virtus omnium maxima est, non tam in magnis & potentissimis viris, quàm in ministris Verbi Dei, quos par est pro Christi gloria illustranda omnia patienti animo sufferre, sed quod rara sit hoc tempore in plerisque hac virtus quotidiana experientia

Opera  
 Historia

ricentia edocet. Apostoli Pauli quoties mentionem facit, apertissimo epitheto Christophilum eam nominat. Quid enim non beneficiorum Deus in hunc Apostolum contulit? aut ex quibus non periculis eum liberavit, ut veritas promissionum suarum constaret? Quae omnia eo respiciunt, ut palestricam hanc virtutem omnes ubique praestemus, maxime quibus in Ecclesiis ad docendi munus rite manus impositae sunt. Ad haec cum vita fuerit inculpabilissima (fuit enim mihi multis annis familiariter notus) ac summo studio scripturis divinis semper intentus, ut nemini dubium esse possit, quin primum admodum & fidelem abbatem ordinis sui praestiterit, mirum est quod tam nihil aut parum suae sanctimoniae adscripserit coram Deo, cum nostra hac aetate hoc nomine etiam y soleant gloriari, qui ab omni conversatione pia & honesta, quae non nisi ex viva fide proficiscitur, sunt alienissimi. Sed ne  
 10 prolixitate literarum tibi molestus sim, exhibeo iam tibi Tritheimium, ipsum abbatem Spanhemensem, quem vel ideo doctis ac optimis quibusque gratiorem fore confido, quod non solum sub tuo patrocinio exeat in lucem, quod plurimi apud omnes sit, verum etiam quod te intercessore Casareo donatus privilegio, hoc liberius ac commendatius in manus hominum sui peruenturus. Nec retrahet quonquam opinor a lectione tanti viri, quod sui aetatis familiari sermone usus sit, nonnullaque nove dixerit, quae huius seculi eruditiores non recipiunt, cum non tam verba quam rem ipsam necesse sit spectare. Quare cum propter multa humanitatis tuae beneficia me tibi obligaveris, ac post nuper Palatii Comitum me dictum iam denuo misso hoc privilegio ita devinxeris, ut vix unquam queam esse solvendo, equissimum etiam fore statui, ut ad te quoque in primis laborum tuorum fructus redirent. Bene vale vir clarissime, ac boni consulas precor hoc meum studium erga te, maiora gratitudinis officia relaturus, quando cunque Deus occasionem obtulerit, cui te quam commendatissimum esse  
 20 precor & opto. Ex Selestadio die tertia Martii.

Anno a nato Servatore M. D.

XXXVI

Oo 3



ITHEMI  
 NSIS EPISTO  
 AD DIVERSOS GERMA  
 DITIONE PRESTAN.

INO MATHIAE  
 IO ET PROCAN.  
 Spiegel-Se.

minime ignores, vir clarissime, quod omnium scripta sint dedicata, non erri statues, quod sub tui nominis sigillo Johannis Tritheimii Abbatis Spalen-  
 um in animo mecum repeto quam prae-  
 sis meritis (ut qua privatim me non satis candidè factum non noceat).  
 Et cum apud Casarem Maximilianum ad summos excellentissimosque tum  
 opinor, & has per octiduum leges, qua doctissimos quoque sua aetate legisset, imo, si harum lectionum partem non primo concipias, qua me sub recuperanda contigit recipi. Ego sane facer, ut virorum recordatione fruar, quoniam  
 Et quoniam temporis longinquitate, aut etiam immutetur, licet tunc nec qui super sunt absentes impetres sit Tritheimius, ob irreducibilem mentia vero tantam, ut a regis & principum in summo honore habitus sit, etiam nulari humanitate ac benevolentia  
 one viros, nostra aetate principum tantum ad immortalitatem pervenit.  
 Saxonia dux, Ioachim Maronius  
 Eleclores, tanto favore ducti, qui ai quique liberaliter favoreat. Co-  
 religione senserit Tritheimium, et qui qui crebrius Aristotelem aut Platonem  
 si manus non sufficere dignatus est, si-  
 ma Aristotelicorum fragmenta, verum adeoq. omnium sanctorum, etiam si capio  
 cupida, q. virtus omnium maxime est, quos par est pro Christi gloria digne  
 plarique hac virtus quotidianè pro-